169

In Patrem quendā, qui cū filiū à pyrata captū redimere nō dignatus esset, ab eo tn̄ ~~...~~ ali petebat, Oratio ad iudices

PRINCIPIUM

Gauderem ~~conditores~~ cognitores amplissimi, euasisseque pedorem carce
res, uinclas pyratarum, nisi regressio mihi myoparonum
loco pater extiterit. quaerit a me alimentum, quem nec auro
ab hostibus, nec lacrimis liberauit. Putat quod illi debeat
regressus eius proficere, quem cum potuit non redemit.
Frustra pastum beneficio legis imploras, qui factis tuis na
turae ~~iura~~ iura soluisti. Exhiberi uictum patribus ius decernit.
Non est tantummodo sacramentum istud, in nomine. dicat
uel pyrata si pater es meliorem me fuisse mortuo, saepe cum
loquerer numquam ostendis esse cum iudicas. Uiam cui partu
germani deciderunt attendite, ipse magis genitoris moribus
paruit qui praelatus est. Ego quo homine uitam meam per ex
traneos abstis actus exigerim, declaratum est, cum me pater
predonibus sponte dereliquit. Ualida sibi uidetur aduersus
sobolem argumenta proponere, cum propensiorem gratiā
meruisse iactet, culpabilem filium, et proximum sepulturae.
Quaeso iudices pronuntiate, quid debeam, interim clarum est,
me et cineribus uiciosi fuisse potest positum. Non erubescit
quidquam ab eo auctoritate parentis exigere, in quo esse noluit
quod uocatur. Utinam mihi ad hos usus ualitudinem pyratarū
catena reseruasset, facerem praebitione indebiti alimenta pa
trem meum pudore captiuum, ut iniustus arbiter de propriae
generet iniquitate sententiae. Cibus enim qui ab illo praestatur,
cui nihil boni mereris exhauret (exhaurit): ieiuna sunt saturitate sua uis
cera, quae non habent conscientiam beneficii ante collati.
nescio quid de duobus filiis homo ille spei suae residuum putet, qui
unum terrae reddidit, alterum passus est in perpetua raptorū
dominatione seruari. Accipiat nisi confunditur quidquid
exhausta suppliciis membra gemerent. Non noui quid senex
a debilitato flagitet, interim quod aduerto sumus ambo pas
cendi. Quid mihi rationem modicae facultatis adducis in
medium, qui unum redimere noluit, sic substantiam suam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0343